IN TABVLAS MEDICINALES ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

- *Medicina* est adiectio, & abstractio: uel est scientia salubriũ, insalubriũ, & neutrorũ: uel est scientia qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte qua sanãtur, uel ab ea remouetur ut habita sanitas cõseruetur, & amissa recuperetur. Cæterùm in Medicinæ constitutione cõsideranda ueniunt tum
  - *Maximè* generalia: nimirum
    - *Materia* subiecta: quæ sunt
      - *Præcepta* siue *Theoremata uniuersalia.*
      - *Exempla particularia.*
    - *Forma*, quæ materiæ diuersitatem imitatur. Nam cognitio
      - *Præceptorum* seu theorematum per *Doctrinam* habetur.
      - *Exemplorum* per *Experientiam* intelligitur
        - *Propriam.*
        - *Alienam.*
    - *Efficiens*, Medicus, qui ratione & sensu instructus, pro uario usu euadit nunc
      - *Dogmaticus, Rationalis*, naturæ rationem habens, causas morborũ inquirens: signis ad illorum inuentionem utitur, curationem capit à contrario, prout causæ exigunt.
      - *Empiricus*, solo experimento nitens, omni posthabita indicatione. Contentus autẽ est obseruatione in accidentibus, per eorum quæ admouentur experientiam facta, & historia prius expertorum utitur: tum à compertis ad incomperta, sed similia secundũ apparẽtẽ speciem transit. Credit & uetustissimis, qui rerum per experimẽta sibi obseruatarũ historiã, memoriæ mandarunt. Vtitur etiam à simili transgressũ ad ea, quæ nondũ explorauit, cum similia specie, quæ ad manum est, apparent.
      - *Methodicus*, cõmunitatibus tantùm adhærens. Omnes enim particulares affectus ad generales tres reducit, aut astrictum, aut laxum, aut ex his compositũ, quas cõmunitates uocat. Vnicã autẽ esse indicationem, quæ ab affectu desumeretur, ab astrictis naturalibus excrementis laxationem, à laxitate astrictionem, ab utrisq; mixtam curationem: contemnit tamen indicationem, quæ sumitur à temperatura, ætate, aut parte affecta, &c.
    - *Finis*, qui uel respectu
      - *Vniuersalium Cognitio & Theoria est*, quæ de causis siue ipsis Principijs agit.
      - *Particularium, Actio & Practica* est, quæ de Principiatis tractat.
  - *Minus* generalia, quæ maximè uniuersalibus subijciuntur: hoc ad considerationẽ theorematũ. Quare theorema est uniuersalis conceptus, ex singularũ rerũ obseruatiõe natus. Res autẽ aliæ sũt
    - *Simplices*: uelut causę compositarum rerum, tanquã effectuum. Causarũ theorematũ alia sũt
      - *Internarum*: uidelicet
        - *Materiæ* subiectę, corporis scilicet humani, Φυσιολογικὴ dicitur, q̃ tractat de humani corporis
          - *Causis*
            - *Materiali*
              - *Remota*: nimirum de
                - *Elementis.*
                - *Semine.*
              - *Proxima*, de
                - *Humoribus.*
                - *Membris.*
                - *Spiritibus.*
            - *Formali*: scilicet de *Temperamentis.*
            - *Efficiente*: de *Facultatibus*
              - *Animalibus.*
              - *Vitalibus.*
              - *Naturalibus.*
          - *Effectibus*: uidelicet *Actionibus*, quæ proueniunt à causis prædictis.
        - *Formæ*, qua differt Medici consideratio ab omnium aliorũ artificũ cõsideratione, Παθολογικὴ, quæ tractat de
          - *Salubritatis*
            - *Essentia*, quæ consistit in causis constituentibus.
            - *Accidentibus*, quæ symptomata impropriè dici possunt.
          - *Insalubritate* uidelicet
            - *Morbi* natura, essẽtia, causis cõstituẽtib. in genere: de materia .s. & forma. De efficientib. n. Αἰτιολογικὴ agit.
            - *Accidentibus*, quæ *Symptomata* dicũtur.
      - *Externarum*: tum
        - *Efficiẽtiũ*, hoc est effectricũ salubritatis & insalubritatis, Αἰτιολογικὴ, q̃ causas, instrumenta docet. Hic ergo in genere de instrumẽtis istis, nõ ut sunt salubria, uel insalubria, sed ut in genere in corp° humanũ agere possunt, siue salubritatẽ siue insalubritatem introducãt, siue hic diæta, siue pharmaca, siue chyrurgica. & sic Αἰτιολογικὴ in genere triplici
          - Διαιτητικὴ, de
            - *Aere, Cibo, Potu, Motu, Quiete, Somno, Vigilia, Insomnio, Animi affect. Repletione, Inanitione.*
          - Φαρμακευτικὴ, de *Medicamentis.*
          - Χειρουργικὴ, de *Instrumentis Chirurgicis.*
        - *Finis*, qui uel est
          - *Cognitio*, & habetur per signa, Σημειωτικὴ, quæ tractat de *Signis.*
          - *Curatio*, Θεραπευτικὴ, generalem rationem intentionum & indicationum pertractans.
    - *Composita* ex simplicibus. Propterea etiã theorematata sunt composita, & causæ inter se mutuò componuntur. Ergo corporis humani habitus medico subiectus uel est
      - *Perfectè*
        - *Bonus* & salubris, quẽ Υγιεινὴ persequitur.
        - *Malus*, & insalubris, Θεραπευτικὴ.
      - *Imperfectè* salubre, & insalubre: neutrum dicitur, Προφυλακτικὴ dici potest, nomine speciei ad genus trãslato. nam species huius sunt Ἀναληπτικὴ & Προφυλακτικὴ propriè dicta.